



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 5. Veneti Marani obsidionem bis solvere compulsi

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**S**ecul. XVI. jectabant enim illi, quod Papa, cum ad A.C. 1514. tuendas urbes, quæ ipſi sub depositi fide relinquendæ forent, sat militum non haberet, forte illas tam exiguo præsidiorum numero firmaturus effet, ut non modo Germani, sed & Hispani, si eis liberet, nullo ferme negotio illas ſibi ſubjicere poſſent.

## §. IV.

*Leo ſucessu fruſtratus in Venetos vindictam exerit.*

**C**um Pontifex ſua pacis conciliandæ ſtudia optato exitu fruſtrari perſpicceret, Venetorum pertinaciam ulturus Prospero Columnæ & Sabellio Ducibus negotium dedit, ut Cremam cingerent; aſt Ranceus de Ceri hujus urbis Præfectus inopino erumpens, Pontificis copias proſligavit, pluresque occidit; Sabellius tamen fuga ſibi consuluit, demum vero Prosper ſoluta obſidione in Romanadiolam ſeceſſit.

## §. V.

*Veneti Marani obſidionem bis ſolvere compulſi.*

**H**aud magis prospera Venetis accidit Forojuliensis expeditio. Primo quidem Livianus ſecundis dimicabat armis; quippe

quippe urbes hucusque servatas repara- Sæcul. XVI.  
re haud sollicitus, confessim omnes in- A.C. 1514.  
de milites educebat, ut ex illis exiguum  
suum augeret exercitum, quem ex fune-  
stis nuperæ cladis reliquiis conflabat. His  
copiis instructus, magnis itineribus ad  
interiora Forojuliensis Provinciæ proce-  
dit, & Cæsareos, qui hunc Belliducem  
viginti omnino Leucis absentem fore exi-  
stimabant, ex præcipua eorum statione  
depulit, atque duabus aliis pariter occu-  
patis, multos inde captivos abstraxit. Ast  
Marani obsidio, quam paraverat, suc-  
cessu caruit. Hanc urbem Germani an-  
no priori, ope cujusdam Sacerdotis no-  
mine Bartholi occupabant; hic enim pa-  
triæ suæ proditor, quo Marcellus Provi-  
for familiariter utebatur, Germanis por-  
tas urbis aperuit, captis ipso etiam Pro-  
visore, aliisque Reipublicæ Ministris.  
Sinistro hoc eventu Veneti haud parum  
afflicti, urbem recuperare aggrediuntur;  
verum his obsidionem solvere compulsis,  
triste urbis amissæ solatum supererat so-  
la hujus Sacerdotis captivitas, quem Ve-  
netias abductum inter ambas majores co-  
lumnas medium in foro S. Marci suspen-  
dio mulctarunt, a populo lapidum gran-  
dine trucidatum. Jam secunda vice Marani  
obsidionem hoc anno tentabant Veneti,  
haud tamen magis prospero armorum  
successu; quippe denuo cum copiis suis

A 5

auffu-

Sæcul. XVI. auffugere cogebantur, innumeris ferme  
A.C. 1514. indigenis militibus urbi suppetias turma-  
tim ferentibus; hoc tamen compendii ex  
hac expeditione referebant Veneti, quod  
Francipanum ceteris magis formidandum  
Reipublicæ hostem in insidias delapsum,  
captum abstraherent.

§. VI.

*Helvetii Genuæ in supremum Gratia-  
nopolis Præsidem crudeles.*

Interea Helvetii Genuensium ditioni ho-  
stile tributum imperare tentabant; sub  
idem vero tempus Ludovicus XII. eo de-  
stinabat primum Gratianopolitani Sena-  
tus Præsidem, ut de quorumdam capti-  
vorum commutatione ageret. Helvetii  
re comperta Præsidem sibi tradi postula-  
runt, quem etiam cives, quod Gallis  
minus propensi essent, læso gentium jure  
Helvetiis commiserant, urbis suæ de-  
prædationem veriti. Hi ergo Præsidem  
illico tormentis subjiciunt, ab eoque pe-  
tunt, ut ex Helvetica gente illorum Bel-  
liducum, quos Trimollius auro corrupe-  
rat, nomina manifestaret. Cum vero  
Præses illorum ignarus esset, ac tormen-  
torum vim immota constantia toleraret,  
Helvetii, cum desideratam rei veritatem  
ab eo extorquere desperarent, furorem  
in exercitus sui Duces exonerarunt, om-  
nes-